

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Virginitas x
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Virginitas x:

Nunc nobis ad uirgines sermo est quarum quo sublimior est gloria, maior est cura. Flos enim est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratie spiritualis,

illustrior portio gregis Christi.

Cyprianus in libro de uirginitate.

Fons proximus:

Dicit enim Cyprianus, in libro *de Virginit.*:
Nunc nobis ad uirgines sermo est. Quarum quo sublimior gloria est, maior et cura. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritualis.

illustrior portio gregis Christi.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 152.5.1 (P. Caramello ed., p.658).

Fons primus:

Nunc nobis ad uirgines sermo est, quarum quo sublimior gloria est maior et cura est. flos est ille ecclesiastici germinis, decus adque ornamentum gratiae spiritualis,
laeta indoles, laudis et honoris opus integrum adque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini,
inlustrior portio gregis Christi.

Cyprianus Carthaginensis, *De habitu uirginum*, 3 (CSEL 3.1, G. Hartel ed., p.189, ll.11-15).